

## Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

## XXVI.

(Fortsetzung.)

1164. *Lecidea* (s. *Lecidella*) *mundula* Müll. Arg., thallus tenuis, lacteus (nonnihil flavescenti-albus), insulas diametro circ. centimetrales in saxo formans, linea nigra cinctus, diffracto-areolatus; areolae angulosae, plano-convexulae, laevigato-opacae, 1—4 carpicae; apothecia immersa, superficiem thalli attingentia, e concavo demum plana,  $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{3}$  mm. lata, semper immarginata et nuda; epithecium virescenti-nigricans; lamina et hypothecium hyalina; paraphyses tenellae, conglutinatae; sporae in ascis clavatis 8-nae, ellipoideae, 8—11  $\mu$  longae et 4—6  $\mu$  latae. —

— Proxima *L. tessellinae* Tuck., sed thallus albior, apothecia multo minora, novella haud annulo thallino emergente cincta et sporae minores. — Saxicola ad Walcha, New England: Crawford.

1165. *Patellaria* (s. *Catillaria*) *effugiens* Müll. Arg., thallus tenuis, depresso-granulosus v. subleproso-granulosus, obscure albidus, effusus (insulatim inter alios Lichenes crescens); apothecia  $\frac{1}{3}$  mm. lata et minora, nigra, sessilia, juniora plana et tenuiter marginata, demum convexa et immarginata, nuda; epithecium nigro-fuscum; lamina cum hypothecio hyalina; paraphyses liberae, apice capitatae; sporae in ascis 8-nae (2-loculares et hyalinae), 9—11  $\mu$  longae et 3—3 $\frac{1}{2}$ ,  $\mu$  latae, elongato-ellipoideae, utrinque obtusae. — Proxima est *Patellariae pauxillae*, sc. *Lecideae pauxillae* Krplh. (e Nova-Zelandia), at differens thallo alio, apotheciis minoribus et mox convexis, et *P. doliocarpae* Müll. Arg. et *P. holomelaenae* (Flk.), ubi hypothecium non hyalinum, et dein *P. melanellae*, sc. *Lecideae melanellae* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 58, ubi autem apothecia immarginata et hypothecium nigricans. — Saxicola ad Guntawang, in Australiae regione New South Wales: Hamilton.

1166. *Patellaria* (s. *Catillaria*) *superflua* Müll. Arg., thallus albus, effusus, tenuis, minute effuso-granularis; apothecia ex initio livido-nigrescente et subgyalectiformi mox nigra, subopaca, adpresso-sessilia, crassiuscula, plana, evoluta tenuiter marginata, demum convexa et immarginata,  $\frac{2}{3}$ —1 mm. lata; epithecium nigricans; lamina hyalina; hypothecium dilute fuscouscenti-subobscuratum (subhyalinum); paraphyses *Buelliarum* more apice

capitatae; sporae 8-nae, hyalinae, 2-loculares, 13—32  $\mu$  longae et 8—10  $\mu$  latae, ambitu ludentes. — Extus *Buelliam parasemam* v. *disciformem* simulat, sed sporae et hypothecium hyalina. A *P. grossa* et *P. intermixta* praesertim hypothecio et a *P. intermiscente*, sc. *Lecidea intermiscente* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 45 obs. apotheciis novellis et sporis longe validioribus differt. — Corticola ad Walcha, New-England: Crawford no. 14.

1167. *Patellaria* (s. *Psorothecium*) *grossa* (Pers.) Müll. Arg. v. *subcaesia* Müll. Arg.; discus apotheciorum subcaesio- v. cinereo-pruinosus, demum denudando nigrescens. — Reliqua cum specie quadrant et var. cum planta genuina crescit. — Epithecum et hypothecium quidem magis caerulescunt quam in planta europea, ubi saepe simpliciter fusca aut olivaceo-fusca sunt, sed transire videntur et reliqua caeterum non differunt. — Corticola in insula Norfolk: Isaac Robinson.

1168. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *contraria* Müll. Arg.; *Lecidea* (*Bilimbia*) *quadrilocularis* Knight Contrib. Queensl. p. 5, non Nyl. Valde affinis est *Patellariae hostelioidi* (Nyl.) Müll. Arg. L. B. no. 357 et *Patellariae rubellulae* (*Lecidea rubellulae* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 60), et praesertim cum priore fere omnino conveniens, at diversa: thallo incrassato-leproso, leproso-subgleboso, molli, obscurato-argillaceo, et apotheciis madefactis magis rubellis, obsoletius marginatis, margine madefacto quam discus leviter pallidiore nec distinete obscuriore. — Sporae valide bacillares, 23—25  $\mu$  longae, 2 $\frac{1}{2}$ —3  $\mu$  latae, regulariter 4-loculares. — Corticola in Australiae territorio Queensland: Knight.

1169. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *millegrana* v. *suffusa* Müll. Arg.; *Biatora suffusa* El. Fries Syst. Orb. Veget. p. 285; *B. rubella* v. *suffusa* Tuck. Gen. p. 166. A planta normali speciei in America calidiore praesertim late distributa non nisi in eo differt, quod apotheciorum margo, et laevius etiam discus, saltem junior, albido-suffusi sunt. — Nomen Friesii quidem prioritate gaudet, sed varietatem exprimat et dein haud antepositum est. — In America septentr. (ad specim. orig. in hb. Fr., et aliud identicum prope New Bedford lectum et a cl. Willey benevole missum).

1170. *Blastenia Forstroemiana* Müll. Arg.; *Biatora Forstroemiana* El. Fries in Vet. Akad. Handl. 1820 p. 44; *Patellaria Forstroemiana* Spreng. Syst. 4 p. 266; thallus flavescenti-pallidus v. albidus, tenuiter tartareus, supra laevis, rimoso-areolatus v. deum areolato-diffractus, areolae angulosae; hypothallus albus, margine effusus; apothecia copiosa,  $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{3}$  mm. lata, arcte

sessilia, deplanata, livido- v. aquoso-fusca, madefacta nonnihil pellucida, margine nigrescente v. in siccо paullo obscuro tenuissimo et integro leviter tantum prominente cincta; discus nudus; epithecium flavidо-granulosum; lamina cum hypothecio hyalina; paraphyses facile liberae; asci superne pachydermei, 8-spori; sporae oculiformes, hyalinae, 9—12  $\mu$  longae et 5—7  $\mu$  latae, in dio ventricosulae. — Prope *Blasteniam phaeam*, sc. *Lecanoram* *ceam* Tuck. in Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 30 locanda est. — In India occidentali ad saxa durissima non calcarea (ad specim. orig. Friesii a Forstroem lect.).

1171. *Heterothecium Sayeri* Müll. Arg., thallus flavescenti-olivaceus, laevis; apothecia patellaria, sessilia, crassiuscula,  $\frac{2}{3}$ — $\frac{5}{4}$  mm. lata, prominenter marginata, sicca margine subflexuoso rufo v. sanguineo-rufo, disco plano rufo-nigrescente pallidiore cincta, madefacta pulchre sanguineo-rufa, nuda; lamina superne late rufo-sanguinea, caeterum cum hypothecio hyalina v. subhyalina; paraphyses validiusculae, superne saepe bifurcatae; asci (1—)2-spori; sporaе 35—48  $\mu$  longae, 20—23  $\mu$  latae, ellipsoideae, hyalinae, parenchymaticae, circ. 10—15-locales, loculi transversim 3—4-locellati, locelli subcubici. — Species pulchre distincta extus prima fronte *Blasteniam ferrugineam* obscuram simulat. — Corticola ad Russell River in Australiae territorio Queensland: Sayer.

1172. *Heterothecium parabolum* (sc. *Lecidea parabola* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 51) v. *subvulpina* Müll. Arg. — Thallus aurantiaco-flavus ut in *H. vulpino* Tuck., sed sporaе ut in normali *H. parabolo*, eodem loco etiam crescente, aut in *H. biferi* (Nyl.), sed intus simplicius spiraliter divisae. — Thalli color in tota serie specierum affinum, *H. leucoxanthi*, *H. biferi*, *H. paraboli* et *H. vulpini* evidenter inconstans et saepe in eodem specimine e flavescenti plus minusve glaucescens v. albicans. — Corticola in Australia orientali-tropica ad Trinity-Bay: Sayer.

(Fortsetzung folgt.)

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1887

Band/Volume: [70](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge 336-338](#)